Inter Stryjek et Gorsky Motio

Proposuit iudicialiter coram praesenti Capli Castren Lublinen Iudicio infrascriptus Actor contra infrascriptum cittatum cittone tenoris talis
Joannes Orley à Dembrowicza Lublinen et Castris Tibi Nobli Samueli Gorskij in Gora et Chmielnik sortium tuarum haeredi de omnibus gnt bonis summisq peccuarijs tuis te ubilibet et modo quolibet concernen Regie et officij nri Castren Castri Lublinen vigore Mandamus ut in Terminis Iudicialibus Castribus Castri Lublinen feria Secunda ante festum Sanctae Hedwigis Electae nunc instans proxima vel ijs deficien tandem proximius in Cro Lublinen cellebran Ad instantiam Ad instantia Instigatoris officij nri Castren Lublinen et dellatoris Laboriosi Alexij Stryjek de Villa Gora subditi Gnosi Pauli Orzechowski Succamerarij Chelmen Sieradenij Capitanei actor circumuenien parte peremptorie Compareas quorum quilibet suo nomine esse et praesertim dellator cum assistentia praedicti Dni sui circa ipsum pro poena Statuti Stanttis te citant ad bamendum et de regno Poloniae dominijsq ibi subiectis pronunciandum Ideo quia tu existens circumuenientes et rebellis in causa tibi per dellatorem Primum ad iudicium Tre Lublinense instituta pro Taxa quinquaginta Mar polon et totidem damno succubuit ratione per te ipsum suorumen cum famulis et subditis tuis in fundo Villa Gora praefati dni sui de quo eidem labores exercet et occasum perdet receptionem eidem actori fieri iam commissi et confalcarstrati curru duorum laboris eius proprij receptijs in Curiam dictam villa Gora inductionis et in usum suum conuersionis Tandem per hoc idem iudicium Tre Lublinen ad officium praesens Castrense remissa pro executione processu cau huius latius ea obloquente, rei iudicatae noluisti satisfacere nempe remissionem tui de bonis tuis praefatis ubi sortium in Gora et Chmielnik consisten summisq peccuarijs

ac in eadem omnia et singula bona summasq pecunias actori incumbent partis intromissionem cum possessione rigore lucrorum et superlucrorum ac vadiorum triplicatorum super te et bonis ac summis pecuniarijs tuis omnibus privari in Iudicio præfato Terrestri tandem ex remissione in officio nostro Castrensi Lublinensi legitime et gradatim perductorum voluisti neq Vis admittere quo facto in poenam banitionis et de regno Poloniæ dominijsq sibi subiectis proscriptiones incurristi citaris itaq ad videndum et audiendum prædicti banitionem super te contumacia tua non obstante decerni et per Ministerialem regni generalem publicari et ad omnium noticiam deduci iudicialiter sis præmissa attentabuntur vel si quid de iure veniet responsurus Cum complicibus vero tuis salvas et speciales sibi pars actorea reservat in foro fori iure agendi actiones Datum in Castro Lublinensi Sabbato ante festum Sancti Matei Apli et Evangelistæ proxima Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Decimo

Et post propositionem huiusmodi modo præmisso factam petit citatum ad iudicialem responsionem compelli reservatis reservandis

Citatus autem per plenipotentem suum dixit et allegavit circa delatorem actorem assistentiam domini ipsius necessariam esse de iure nam subditus ullas responsiones et recognitiones sine assistentia domini sui facere non potest similiterq et actionem dare non potest cum vero Dnus circa subditum in causa præsenti in puncto banitionis coram Iudicio præsenti non compareat exinde citatus ad responsionem non tenetur petens se ea ea ratione per iudicium præsens a termino liberari alijs omnibus iuris remedijs sibi in robore reservatis et reservandis

Contra pars actorea dixit delatorem partem comparentem

Sine personali comparitione dni sui causam praesentem cum instigatore officij praesentis promouere posse. Sufficit enim procuratoris sanus aut ipsemet delator aut solus dnus praesentium vero in causa instat, cuius ratione in una simpliciter inchoata quae eundem solum baritioris actum videtur habere criminalem Itaque eundem instigatorem simul in absentia tam principalis delatoris quam dni sui absoluere posset quare petit et reie cta illa friuola exceptione licet in absentia domini sui ipsum ad iudicialem processum stringat vel in poena baritionis condemnari permittat iuris remedijs saluis reseruatis

Et iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinen controuersijs partium actoreae per Nobilem Adamum Ragorkowsky citatae autem per Stanislaum Niedzbitowski plenipotentes suos coram se factis bene intellectis diligenterque exauditis eo considerato quia subditus absque Dno in iure nihil recognoscere nec consensum dare potest Ideo adinuenit teneri Dnum personaliter adesse in Termino praesenti baritionis circa suum subditum

Quam sententiam et Decretum praesens pars actorea pro iure non suscepit nec in eodem acquiescere voluit Terminum ab eo et cum eodem Magcum Joannem Firlej a Dombrownica Capitaneum Lublinensem ad Iudicia Ordinaria Generalia Tribunalis regni Lublinum pro cellebranda per Illem Generalem regni Nobilem Joannem Zalesky mouit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae prosequendae inter causas pallatinatus Lublinen. Suspendendo suam motionem Iudicium hoc idem eidem parti actoreae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas pallatinatus Lublinensis conseruando

Inter eosdem Altera

Proposuit iudicialiter coram Capitaneali Castrensi